

AD

RECENSIONEM

BULLARII ROMANO-SVEOGOTHICI,

A NOBIL. A CELSE EDITAM,

APPENDIX.

CUJUS PARTEM II.

Venia Fac. Philos. R. Acad. Aboënsis,

PRÆSIDE

*Mag. HENRICO GABRIELE
PORTHAN,*

*Eloqv. Professore Reg. & Ord. Reg. Acad. Litt. Human. & Antiquitt.
nec non R. Soc. Scient. Upsal. Membro,*

Publicæ bonorum censuræ submittit

ANDREAS PLANMAN,

Stip. Reg. OSTROBOTNIENSIS.

In Auditorio Majori die XXIII Junii MDCCXCVI,

H. A. M. S.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

THESES RESPONDENTIS.

THESIS I.a.

Cum Ethnicis Polytheismus suus vitio recte vertitur, obliviscendum non est, in ipsa notione Dei quam fovent, præcipuam turpis erroris culpam quærendam esse.

Thes. II.a.

Absurda autem & turpia de diis commenta, quæ Mythologia eorum exhibet, excusabiliora evadunt, cum cogitamus ex allegoricis Veritatum vel Phylicarum, vel Moralium adumbrationibus, pleraque saltim, ortum traxisse.

Thes. III.a.

Imaginibus vero atque statuis deorum suorum quod virtutes adeo mirabiles tribuerent, ex fœdo eodem fluxit fonte, stupida nempe hominum ignorantia atque superstitione, unde cultus quem Christianorum plebs, per tot sæcula, sacris suis imaginibus & statuis exhibuit.

Thes. IV.a.

De optima regiminis forma qui disputant, distingvere primum debent inter id quod in se, & quod in hoc aut illo populo optimum sit, quodque huic tempori, huic situi, & huic rerum, cum internarum tum externarum, statui maxime accommodatum; deinde etiam meminisse, per bonos mores posse homines in republica non optime constituta felices tamen vivere, ac contra moribus corruptis, nec optimas leges posse felicitatem civium tueri.

Thes. V.a.

Inter repugnantes sibi turpiter sententias simul defensas, merito doctrina Pontificiorum de insigni cœlibatus merito & sanctitate præ Conjugio, quod tamen Sacramentum Ecclesiæ sit, merito refertur.

suæ præsumptionis nequitia resipiscerent. — Indid. Ep. 1067. — Margini nostri exempli adscripsit Vir Doctissimus: "Exstat in corpore Juris Canonici (m) Tit. de Apostatis C. 5, male inscripta Archiepiscopo Turonensi."

9. *Eidem & suffraganeis ejus.* Dat. l. a. & d. iisd. Prohibet ne filii Presbyterorum & Clericorum, quos iidem post statuta Concilii Lateranensis in sacris Ordinibus constituti turpiter genuerunt, ipsis in hæreditate paterna succedant; jubetque contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compesci. (n) — Indid. Ep. 1068.

10. *Eidem. Ibid. Idibus Maji A. II* (d. 15 Maji 1218). Concedit, ut in Ecclesiis provinciæ suæ, ubi Vicarii Perpetui propter tenuitatem ecclesiarum poni non possunt, faciat provideri per illos ad quos eorum institutio pertinebit, juxta quod fieri consuevit ante Concilium generale. — Indid. Ep. 1130.

11. *Eidem & Suffraganeis suis.* Ib. V Kal. Junii A. II (d. 28 Maji 1218). Testes negativos in foro ecclesiastico, contra affirmativos, non esse audiendos. — Indid. Ep. 1131. — Margini, adscriptum habemus: "Item inter Decretales Gregorii IX (n) Tit. de Probationibus C. XII, inscripta Archiep. Londenſi."

12. *Maguntinensi Archiepiscopo & Suffraganeis ejus.* Ibid. XVIII Kal. Julii A. II (d. 15 Jun. 1218) Docet in Prusciæ partibus populum esse a fide prorsus exorbitantem & plus quam bestiali deditum feritati, qui quotcunque feminini sexus mater pariat, perimat præter unam, ac passim & sine verecundia prostituat filias & uxores, captivosque immolet diis suis, intingens gladios & lanceas ut prosperam fortunam habeat, populares autem suos christianos novis & intolerabilibus exactionibus vexet, &c; Episcopum porro Prusciæ

B

sciæ

(m) L. V Tit. X.

(n) Cf. LAGERBRING l. c. C. XII, §. 12, quocum *Lingebekius* apographon hujus Bullæ, Roma misit, communicaverat, (ib. not. 5) quamque Dn. A CELSE silentio præterisse, miror.

(o) L. II Tit. XIX, C. XII, ubi præcipua tantum momenta exhibentur.

sciæ & alios qui quasdam ibi construxerunt ecclesias, ut ibidem fidei posset negotium promoveri, statuisse necandas comparare puellas, ut eas in christiana fide educarent, ac Scholas instituere Prutenorum puerorum qui addicerent inter populares suos efficacius quam advenæ prædicare Christum. Quare Episcopus & alii prædicti, volentes subveniri fidelibus tribulatis eorum, instanter illorum præsertim, qui crucis signaculum receperunt, auxilium ad resistendum barbaræ nationi implorant. Quorum voto annuens monet Papa, ut Episcopi viris discretis Deum timentibus, suæ jurisdictioni subjectis, in remissionem peccaminum suorum injungant, ut ipsi pro Deo sanctæ prædicationis officium assumentes, pauperes & debiles illarum Diocesium cruce signatos, cum quibus duxit dispensandum vota peregrinationis eorum in succursum fidelium de Pruscia commutando, nec non alios inducant, ut ad Prusciæ partes accedant, juxta Episcopi memorati consilium pro plantatione novellæ fidei christianæ, tam spiritualibus armis quam materialibus pugnaturi. His autem, nec non illis qui aliquos illuc suis mittent expensis, vel ad eorum subventionem de suis facultatibus ministrabunt, easdem quas Hierosolymam transituris indulgentias promittit; admonens etiam, ut ad eleemosynas conferendas pro redimendis educandisque puellis, & pueris instituendis, fideles excitentur. — Indid. Ep. 1192. — Adscriptum legitur: „In eodem modo scriptum est Magdeburgensi „Archiepiscopo & Suffraganeis ejus, Archiep. Colonensi & Suffraganeis ejus, Salzeburgensi Archiep. & Suffraganeis ejus, *Lundensi* & Suffraganeis ejus, & Episc. Caminensi, Bremensi & Suffraganeis ejus, Trevirensi & Suffraganeis ejus”.

13. *Episcopo Revaliensi. Viterbii XIII Kal. April. A. IV.* (d. 19 Mart. 1220). Permittitur ei, ut viros religiosos tam Ordinis Cisterciensis quam aliorum idoneos, cum Abbatum & Præpositorum illorum licentia, secum ducat & ad Christum paganis prædicandum libere destinet. — Indid. A. IV, Ep. 689.

14. *Abbatibus & Præpositis tam Cisterciensis Ordinis quam aliorum.* L. a. & d. iisdem. Jubet, ut aliquot de fratribus suis idoneos Episco-

Episcopo Revaliensi in hujusmodi ministerium concedant. — Indid. Ep. 690.

15. *Episcopo Scarensi* (Benedicto Juniori). *Laterani III Non. Novemb. A. V.* (d. 3 Nov. 1220). Papa qui audiverat, Clericos quosdam Diœcesis Scarensis, in sacris Ordinibus constitutos, qui aliquando sive sponte (destinato consilio) sive casu homicidii crimen incurrerant, mox abjecto habitu clericali palam uxores ducere, & in apostasia gloriantes, jactare se magis quam antea florere temporalium ubertate, jubet tales homicidas, cum licet Ordinis executio amittatur, character tamen remaneat, ad agenda pœnitentiam in aliquibus Monasteriis, servato habitu clericali, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compelli. — Indid. A. V, Ep. 156.

16. *Eidem. Ib. III Non. Novemb. A. V.* (d. 3 Nov. 1220). Jubetur abusum in sua Diœcesi obvium abolere, quo nonnulli, si uxores suæ adulterium committunt, mox usque adeo se credunt a vinculo matrimonii absolutos, ut eisdem viventibus alias quasi licite superducant (scil. divortio & dispensatione ecclesiastica non interveniente). — Indid. Ep. 159.

17. *Eidem. L. a. & d. iisd.* Scribit Papa: --- "Decimas in quibus Parrochiani tui secundum canonicas sanctiones tibi tenentur, & aliam decimam que dicitur Capitalis, ad quam solvendam se voto voluntarie obligarunt, (o) sicut eas juste ac pacifice obtines, tibi & per te successoribus tuis auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocínio communimus". &c. — Indid. Ep. 161.

B 2

13.

(o) De hac *Decima Capitali* (Howudtiunde, quod minus commode vertere solent *Principalis*, ac etiam *Universalis*, agunt *Lex vetus Provincialis Westrogothica* Tit. I *De Jure Ecclesiastico* C. XXVIII, & subjuncta eidem (a STIERNHJELMIO Stockh. 1663 editæ) *Literæ Episc. Brynolphi de Decimis* a. 1281 datæ. Cfr. LAGERBRING l. c. C. XI §. 7; qui putat quidem in sola Westrogothia fuisse solvi solitam, sed tamen mox ipse docet, not. (5), etiam in provincia Bahufiensi datam fuisse. Quare in Literis R. *Gustavi I*

18. *Universis Ecclesiarum Prelatis per Scarensem Diocesim constitutis. Later. III Non. Novemb. A. V. (d. 3 Nov. 1220).* Mirari se Papa scribit, quod, sicut Episcopus coram eo exposuit, nimis difficiles se præbeant Episcopo in Procurationibus exhibendis, imo quod quidam eas sibi reddere contradicunt. Quare iis mandat, ut tam dictas procurationes quam alia ei debita, sine difficultate qualibet exsolvant; comminationem hanc addens: "Alioquin sententiam, quam idem propter hoc rationabiliter tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter observari. — Indid. Ep. 164.

19. *Ep. Scarenfi. Ib. II Non. Nov. A. V. (d. 4 Nov. 1220).* Conceditur ei potestas absolvendi nonnullos suæ Diœcesis, qui in canonem latæ sententiæ incidentes Romam proficisci deberent; nisi forte ita esset excessus eorum enormis, ut nonnisi a Papa absolvi possent. — Indid. Ep. 157.

20. *Eidem. Ibid. II Non. Novemb. A. V. (d. 4 Nov. 1220).* Permittitur ei potestas, pro discretione sua provide indulgentias iis concedendi, qui visitaverint quandam ecclesiam quæ in sua Diœcesi ad honorem Dei & bone memorie Nicolai presbyteri, qui dum quendam visitaturus infirmum, corpus Christi portaret, ab impiis immaniter interfectus insignibus coruscat miraculis, cœperit fabricari. De ipso autem viro sancto & ejus miraculis, Papa caute nihil definit, quia (ait) nondum super hiis nobis potuit plene lique-
re (p). — Indid. Ep. 162.

21. *Eidem. L. a. & d. iisd.* Jubetur Ecclesiam suam de Canonicis regularibus secundum regulam b. Augustini, si fieri poterit, ordi-

dat. Upsal, 1528, d. 21 Jan. docetur, abolitam ab eo fuisse *Decimam Capitalem quæ in nonnullis regionibus ita pende-
batur, ut cum homo mortuus fuisset, ex bonis ejus relictis pars decima auferretur.* Vid. TEGEL *Hist. R. Gustavi I, T. I p. 189.*

(p) De hoc b. Nicolao Presbytero, nihil præterea, quantum quidem scio, vetera nostra monumenta memoriæ produnt; in Sanctorum certe numerum solenniter relatum non fuisse, constat.

ordinare; ac si id nequiverit, Canonicos seculares in eadem, prout expedire viderit, instituere. — Indid. Ep. 163.

22. *Eidem. Laterani Idibus Novemb. A. V.* (d. 13 Nov. 1220). Cum quidam jam in ætate decrepita constituti, olim obsequium se Deo præstare credentes, in ecclesia Scarenfi ingressum habuissent pecunia mediante, mandat Papa, ut eos de prædicta ecclesia Episcopus removens, de misericordia in aliis ecclesiis suæ Diocesis studeat collocare; quod si forte nequiverit, eos dispensative de novo recipiat, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis, injuncta nihilominus pœnitentia competente, pro quantitate peccati. — Ind. Ep. 173.

23. *Eidem. L. a. & d. iisd.* Jubetur abolere malam consuetudinem quæ in Diocesi sua inoleverat, ut si mater in lecto de nocte per incuriam infantem oppressisset, pater quoque, sine propria culpa, puniretur. — Indid. Ep. 174.

24. *Eidem. L. a. & d. iisd.* Cum vicesima Ecclesiasticorum proventuum ejus Diocesis, deputata in subsidium Terræ Sanctæ, nequiret de facili æstimari, pro eo quod proventus ipsi non in moneta, sed in victualibus, quæ haberentur ibi valde modici pretii, pro majori parte consistenter, propter quod Clerici ejusdem Diocesis vix ad solvendum centum marcas pro vicesima possint induci; totam hanc rem Papa prudentiæ & fidei Episcopi procurandam committit. — Indid. Ep. 175.

25. *Archiep. Upsalensi. L. a. & d. iisd.* De eadem re, plane idem quod Episc. Scarenfi respondet. Cfr. quam a VASTOVIO l. c. p. 172 allatam, recenset A CELSE l. c. p. 59 N:o 17.

26. *Archiepiscopo Upsalensi (Olavo dicto Basatömir (*)). Laterani Idibus Decemb. A. V.* (d. 13 Dec. 1220). Jubetur abolere

B 3

abu-

(*) Sed hunc anno demum 1221 d. 30 Dec. a Papa confirmatum fuisse, ait RHYZELIUS l. c. p. 1, p. 33? Antecessor tamen suus Valerius a, jam 1219 decesserat.

abusum qui in his partibus inoleverat, quod in majori quantitate de aqua ponitur in sacrificio, quam de vino. — Indid. Ep. 172. — Adscriptum est nostro apographo: "Exstat in Corpore Juris Canonici, sub Titulo de celebratione misarum C. 13 (q).

27. *Regi Suetie illustri (Johanni Sverkeri filio). Later. IV Kalend. Jan. A. V. (d. 29 Dec. 1220).* Juxta Regis instantiam, & promissionem suam, Papa mittit ad eum *Gregorium de Crescentio*, S:ti Theodori Diac. Cardinalem, Apostolicæ Sedis Legatum; quem Regi commendat (r). — Indid. Ep. 309.

28. *Episcopis Lubecensi, Raceburgensi, Szerinensi & Caminensi, & Abbatibus, Prioribus & aliis Ecclesiarum Prelatis per eorum Dioeceses constitutis. — Laterani II Kal. Januar. A. V. (d. 31 Dec. 1220).* Ut eundem Cardin. *Gregorium de Crescentio*, Apostolicæ Sedis Legatum, honorifice recipiant & pertractent, eique obediant, Papa mandat. — Indid. Ep. 307. — Adnotatur, similes literas misas fuisse *Archiepisc. Ubsallensi* & Suffraganeis ejus, & Abbatibus, Prioribus, & aliis Ecclesiar. Prelatis in Upsalensi provincia constitutis. (s) It. *Archiep. Gnesnensi* & Abbatibus &c. It. *Archiep. Lundensi* & aliis. It. *Episc. Prageni* & Abbatibus, Prioribus & aliis Ecclesiar. Prelatis in Regno Boemie constitutis. It. *Episc. Olomucensi* & Abbatibus &c. It. *Episc. Misinensi*. It. *Episc. Nofcensi* & Abbatibus &c.

29. *Universis Christi fidelibus per Suetiam constitutis. Laterani III Idus Januar. A. V. (d. 11 Jan. 1221).* Monentur, ut Claustrum ad honorem b. Virginis *Sichtoniæ* noviter constructum eleemosynis adjuvent, saltem in festo assumptionis b. Virginis; quo festo illuc devote convenientibus viginti dies de injuncta sibi poenitentia, Papa relaxat (t). — Indid. Ep. 332.

30.

(q) L. III Tit. VLI, C. XIII In nostra editione (Lugd. 1559, 4:o) legitur *Archiepiscopo Ablasensi* pro *Ubsalensi*.

(r) De hujus Legati Apostolici adventu & rebus gestis, Cf. LAGERBRING l. c. C. 146. 3; & PONTOPP. l. c. IV B. 3 C. p. 637 sqq.

(s) Recenset A CELSE l. c. p. 58 N:o 12, a VASTOVIO l. c. p. 171 adductam.

30 *Remensi Archiepiscopo.* Laterani f. A. & d. Eadem plane quam recenset A CELSE p. 59 N:o 19, a VASTOVIO p. 171 exhibitam, quamque hic datam docet VIII Kal. April. Pontif. V. (d. 25 Mart. 1221). Circulatoriam vero fuisse, nostrum exemplum ostendit; cui subscriptum legitur, misam eandem fuisse in *Dacia* Lundeni Archiepiscopo, in *Norveja* Nydrosensi, in *Suetia* Ubsalensi Archiep. & Episc. Scarenfi, (hanc viderat VASTOVIVS), in *Dalmatia* supra mare Patriarchæ Aquilegiensi, in *Thria* supra mare Patriarchæ Gradenfi, Jadrenfi & Spalatenfi Archiepiscopis, in *Sclavonia* Ragulensi & Antibarenfi, in *Ungaria* Strigoniensi & Colocenfi, in *Polonia* Gnesensi, in *Alemannia* Maguntino, Colonienfi, Bremenfi, Magdeburgenfi, Salzeburgenfi & Trevirenfi, in *Francia* Lugdunenfi, Senonenfi; Remenfi, Rothomagenfi, Turonenfi, Bituricenfi & Burdegalenfi, in *Guafronia* Auxitano & Narbonenfi, in *Burgundia* Tarentasiensi, Bifuntino, Ebredunenfi, Aquenfi, Arelatenfi & Viennenfi, in *Ispania* Teraconenfi, Toletano, Compostellano & Bracarenfi, In *Apulia* Capuano; præterea Mediolanenfi, Pisano & Ravennatenfi Archiepiscopis." — Indid. Ep. 501.

31. *Ep. Scarenfi.* Later. III Non. April A V. (d. 3 Apr. 1221) Conceditur ei potestas, a prædecessoribus suis de facto, licet non habentibus super hoc specialem a Sede Apostolica licentiam, absolutos, iterum juxta formam ecclesiæ absolvendi. — Indid. Ep. 160.

32. *Magistro A. (u) Archiepiscopo quondam Lundenfi, & P. (v) Episcopo Roskildensi.* Later. Idus Jan. A VIII (d. 11 Jan. 1224). Mittit eis per M. Alberum & Andream Presbiterum, Capituli Lundenfis Nuntios, Pallium novo Archiepiscopo Lundenfi, cum consecra-

(t) Confirmare hæc Bulla videtur, Monachos Dominicanos Sigtunæ maturius sedes fixisse, quam vulgo putatur. Cfr. LAGERBRING l. c. C. XIV §. 15.

(u) *Andree Sunonis*, quem lepra infectum muneri suo paullo ante renuntiasse, & Monasterium ingressum fuisse, tradunt. Cfr. RHYZELIUS l. c. P. II p. 13. PONTOPPIDAN l. c. T. I. IV B. 2 C. p. 553.

(v) *Petro Andree.* Vid. PONTOPPIDAN l. c. p. 566; cf. lb. p. 555.

secratus fuerit, juxta formam Bulla speciali præscriptam tribuendum, jubens fidelitatis ab eo juramentum Ecclesiae Romanae nomine recipere. — Indid. A. VIII Ep. 172.

33. *Electio Lundensi* (x). L. a. & d. iisdem. Argumentum ex hoc initio discere licet: "Cum post petitam instantiam, & demum obtentam venerabilis Fratris nostri - - quondam Lundensis Archiepiscopi cessionem, vota Canonorum Lundensium in te, *tunc ipsorum Prepositum*, concorditer convenissent, quia tandem examinato sicut decuit processu electionis tue invenimus eam post publicationem consensuum & collationis fuisse protractam, assensumque tuum priusquam electus fueris requisitum, electionem eandem ex ipsius dumtaxat inordinato processu justitia cassavimus exigente. Verum ne gregi dominico diu deeset cura Pastoris, cum tam per predictum predecesorem tuum, quam Lundense Capitulum, nec non & multorum testimonia intelleximus Prelatorum, quod oneri & honori Lundensis ecclesie scientia, estate & moribus congruebas, te ipsi proficiendum providimus" &c. Deinde de Pallio sibi tradendo edocetur &c. — Indid. Ep. 173.

34. *Suffraganeis Lundensis Ecclesie*. L. a. & d. iisdem. De eadem re. — Indid. Ep. 174.

35. *Capitulo Lundensi*. L. a. & d. iisdem. De re eadem. — Indid. 36. *Uni-*

(x) *Petro Saxonis*? Ex hac Bulla liquet, succesorem *Andreae*, sive is *Petrus Saxonis* fuit sive alius, non fuisse antea Episcopum Roskildensem, sed mox ex Præpositura ad Archiepiscopatum Lundensem evehum, nec tantum Vicarium ægri Archiepiscopi *Andreae* (quod suspicabatur LAGERBRING l. c. C. XIV §. 9), sed vere confirmatum, consecratum & Pallio ornatum fuisse. Quomodo autem adhuc a Papa, Literis VI Kal. Eebr. A. VIII datis, nonnulli *Electus* appellari tamen potuerit, (quod docet LAGERBRING l. c.) fateor memet intelligere non posse. Ex his porro ita disputatis sequitur, hunc Archiepiscopi succesorem eundem haberi vix posse *Magistrum P. Andreae* Sunonis *Nepotem*, quem in cathedra Roskildensi collocare, Pontifices cum *Innocentius* III tum *Honorius* III ei permiserant? (Supra p. 5 N. 61). Nisi *Andream* huic *Nepoti* suo Episcopatum Roskildensem, comparata licet venia Papali, tamen non dedisse, existimabimus? quod parum verisimile videtur. Cfr. PONTOPPIDAN & RHYZELIUS l. l. c. c. IV.